VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 165r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ut faceres malum in conspectu
meo. Uriam etheum percussisti
gladio, et uxorem illius, ac
cepisti uxorem, et interfecisti
eum gladio filiorum ammon.
Quamobrem non recedet
gladius de domo tua usque
in sempiternum, eo quod de
spexeris me, et tuleris
uxorem urie ethei ut esset
uxor tua. Itaque hec dicit
dominus. Ecce ego suscitabo
super te malum de domo tua,
et tollam uxores in oculis tuis
et dabo proximo tuo, et dor
miet cum uxoribus tuis in oculis
solis huius. Tu enim fecisti
abscondite, ego vero faciam
verbum istud in conspectu omnis
israel, et in conspectu solis. Et
dixit david ad nathan. Pec
cavi domino. Dixitque nathan
ad david. Dominus quoque transtulit
peccatum tuum. Non morieris.
Verumtamen quoniam blasphema
re fecisti inimicos nomen
domini propter verbum hoc, filius
qui natus est tibi, morte mo
rietur. Et reversus est nathan
in domum suam. Percussitque
dominus parvulum, quem peperat uxor
urie david, et desperatus est.
De precatus est david dominum
pro parvulo, et ieiunavit da
vid ieiunio, et ingressus
est seorsum iacuit super terram.
Venerunt autem seniores do
mus eius, cogentes eum ut
resurgeret de terra. Qui no
luit, neque comedit cum eis
cibum. Accidit autem die septima,
ut moreretur infans. Timue
runtque servi david nunciare
ei, quod mortuus esset parvu

lus. Dixerunt enim. Ecce cum
parvulus adhuc viveret, loque
bamur ad eum, non audiebat
vocem nostram, quanto magis, si
dixerimus mortuus est puer
se affliget. Cum ergo au
disset david servos suos
musitantes, intellexit quod
mortuus esset infantulus.
Dixitque ad servos suos. Nun
mortuus est puer. Qui ren
derunt ei. Mortuus est. Sur
rexit igitur david de terra,
et locus unctusque est. Cumque
mutasset vestem ingressus
est domum domini, et adoravit,
et venit in domum suam. Pe
tivitque ut ponerent ei panem
et comedit. Dixerunt autem
ei servi sui. Quis est ser
mo, quem fecisti propter infan
tem. Cum adhuc viveret ie
iunasti et flebas, mortuo
autem puero, surrexisti et co
medisti panem. Qui ait propter
infantem dum adhuc viveret
ieiunavi et flevi. Dicebam
enim. Quis scit si forte mihi
eum deus, et vivat infans.
Nunc autem quia mortuus est, quare
ieiuno. Numquid potero re
vocare eum amplius. Ego vadam
magis ad eum, ille vero non
revertetur ad me. Et consola
tus est david bersabee uxo
rem suam, ingressusque ad eam
dormivit cum ea. Que ge
nuit filium, et vocavit nomen
eius salomon. Et dominus di
lexit eum, misitque in manu
nathan prophete et vocavit
eius nomen amabilis domino
eo quod diligeret eum dominus.
Igitur pugnabat ioab contra